2014

terrium Praemisliensi absque prius cellebrari transferre
et transportare sub vadio Quinquaginta florenorum
pecuniae monetae et numeri polonicalis Pro qua quidem summa obsculi (?)
simul cum vadiis simili tunc etiam vadiorationem transporta-
tionis eiusdem inscriptionis succumbet et succumbere vult se et suo-
rum natis recognoscens cum successoribus suis praedicto Paulo
Thelicki (?) vel eius posteris citare praesumpserit sub recedens
ab omni suo proprio et competenti foro Comparuit Castren.
Praemisliensi officio Curiae (Cadens praedictis respectu) Cum
successoribus bonisque suis ulterius subiicit et incorporat Semper
in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri
parere ac leo (?) responsionis pro vadio pro quo citatus
erit et successores citati fuerint reipsa ab officio non recedentibus
quibus necessarium fuit satisfacere dumque et omne iudicatum
patietur et eius posteri tenebuntur Terminumque primum
peremptorium et alios subsequentes Causae et Causarum terminos
Nullis modis cellationibus (?) Motionibus appellationibus earumque
per additiones prosequutionibus evasionibus [illegible] suspensio-
nibus per omnes tertium [illegible] dillationibus adquiettem (?) [illegible]
[illegible] vera vel simplici infirmitatibus allegabilibus quibus-
libus impedimentis statutis per constitutionibus laudatis
laudandis differendis ac prolongandis Imo se cum successoribus bonisque
quibuscunque iuribus remediis [illegible] renunciando suo et suorum successorum sub
amissione totius Causae videlicet solutione vadii quo soluto idque
inscriptioni praedictae tunc quibus opus fuit satisfacere tunc et eius po-
steri tenebuntur Nulla temporis [illegible] obstante.

Lucas de Lopuſzna
Conſentit super Inſcriptiom Wasko

2015.

Coram officio et actis praesentibus Castren. Praemisliensi personaliter compa-
rens Honestus Lucas filius Religiosi Olyecno (?) Sacerdotis Ritus
graeci in Villa Sacrae Maiestatis Regiae Lopuſzna ad Capitaneatum praesentem pertinentem
Tenutae Generosi Joannis Thomae Drohoiowski A Drohoiow Capitanei
Praemisliensis Recedendo ab omni suo proprio foro Iurisdictionisque
Competenti renunciando, huic vero Iurisdictioni Castren. Praemisliensi
se cum successoribus bonisque suis omnibus quo ad actum praesentem attinet
incorporando et subiiciendo sana mente et corpore existens publice palam
libere ac per expressum recognovit Quia ipse super Inscriptionem Ven-
ditionis per praefatum Olyecno (?) Sacerdotem Ritus graeci parentem
illius Provido Wasko filio providi Hieronimi de Villa Sacrae
Maiestatis Regiae Lyszkowatse ad Capitaneatum praesentem pertinentem Tenutae Generosi
Joannis Thomae Drohoiowski A Drohoiow Capitanei Praemisliensis
Coram officio praesenti Castren. Praemisliensi facta et in acta praesentia Ca-
strensia Praemisliensia inscripta Qua praenominatus Olyecno
Sacerdos Ritus graeci parens eiusdem recognoscentis Praedicto
Wasko de Willa Lisskowatse Aream vulgariter Dworzyſczo
Inter agros Villae Sacrae Maiestatis Regiae Lopuſznicza ad Ca-
pitaneatum praedictum pertinentem Tenutae praefati Generosi Joannis Thomae
Drohoiowski A Drohoiow Capitanei Praemisliensis ab una et
Agros Advocati seu Sculteti in villa Sacrae Maiestatis Regiae Katyna (?)
[illegible] ad Capitaneatum praesentem pertinentem Tenutae eiusdem Generosi Joannis
Thomae Drohoiowski A Drohoiow Capitanei Praemisliensis Infimae
Villae praedictae Sacrae Maiestatis Regiae villae antiquae Lopuſznicza
ad Capitaneatum praedictum pertinentem Tenutae memorati Generosi Joannis Thomae
Drohoiowski A Drohoiow Capitanei Praemisliensis existentem prope
[illegible] in villa praedicta Lopuſzna sitam Pro summa Ducento-
rum florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis Vendidit resigna-

uit perpetue resignatque ac condescendit et omne Jus suum quod cumque
ipsum ad bona praedicta spectabat super ipsum et eius successores trans
fudit incorporavit ac univit praefati Castren Premisliensis inscript
Prout eadem Jnscriptio venditionis in actis praefati castren Premisliensis
Contenta praemissa ac liberius in se descripta Complectitur Quantum
pro eius Interesse pertinet Consensit ac partibus Consentit eandemque
Jn omnibus eiusdem Conditionibus praedictis clausulis articulis
ligamentisque dictam apposita Contentis et descriptis in toto ap
probat confirmat et ratificat volens eandem robur perpetue
firmitatis obtinere Eandemque Aream vulgariter dworzisco
per praedictum parentem illius vendit ac resignatam ipsemet vero
recognoscens quantum pro eius interesse pertinet praedicto Waszko
de villa Lyeskowatsze posterisque illius pro summa C C Ducen
torum florenorum pecunie numeri et monete polonicalis vendit ac irrevocabi
liter resignat inscribit temporibus perpetuis Ac de eisdem bonis
Jam dictae Annae dictum Waszko successoribusque illius cedit ac
condescendit et omne Jus suum quod cumque ipsum ad bona praedicta
Competit in personam eiusdem Waszko successorumque illius trans
fundit incorporat et immiscorat temporibus aeternis Jamque
dicta Anna Coram officio praesenti sese eadem recognoscens dictum Waszko po
sterisque illius dat et admittit in bona praedicta Realem Intromissionem
et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem palatinatus Russiae generalem
et nobiles ex forma iuris accipiendam Et in bonis eisdem Intromissionem
dum eandem per Ministerialem et nobiles Capitur datur mandatum et admittendum
se eam sub poenis in bonis suis generaliter omnibus mobilibus
et Jmmobilibus cuiusvis Jurisdictioni subiectis obligat et inscribit
Sub vadio Ducentorum florenorum pecunie monete et numeri
polonicalis Per ipsum Waszko de Lyeskowatsze eiusque successores

praedictam Aream vulgariter Dworzisczo Cum omni iure et dominio et
proprietate omnibusque attinentiis accidentibus generaliter universis nullis
exceptis et exclusis Vigore originalis et [illegible] tenendam
habendam possidendam ac utendum sibi et suorum successorum beneplacitis
Convertendum temporibus perpetuis Tenebiturque sese eadem recognoscens
ac per se suosque successores Jn bonis suis generaliter omnibus mobilibus
et Jmmobilibus Cuiusvis Jurisdictioni subiectis obligat et inscribit
Eundem Waszko de Villa Lyeskowatsze successoresque illius
Jn bonis praedictis et eorum eundem ab omni impetitione Juridica
quarumvis personarum Sexus status et conditionis cuiusvis ex
stentium Jus et interesse aliquod ad bona praedicta se habere praetendentium
Necnon ab omnibus inscriptionibus prioribus et posterioribus nisi
bonis factis et faciendis Tum etiam ab Contentionibus importatis
et importandis Lucrisque ac perlucris in bonis eisdem per dictam [illegible]
cautionibus quibus opus fuit Tueri et defendere eximere et liberare intr
cedere bonaque eadem semper et ubique munita et libera facere
Necnon ipsemet cum successoribus suis ipsi et eius posteris possessionem eorundem
bonorum expedire et redimere debet sub vadio Ducentorum flo
renorum pecunie numeri et monete polonicalis Pro quibus quidem vadio
seu vadiis et aliis quamvis causa successibus et suorum bonis quibus
se praedictis recognoscens cum successoribus suis dictum Waszko
vel eius posteris et eius per inscriptis recedendo ab omni
suo proprio et Competenti foro Coram officio praesenti Castren
Premisliensis semper in primo actionis termino tanquam peremptorie
[illegible] stare Juri parere et [illegible] responsionis pro vadio pro
[illegible] eius successores et tales fuerint recipsa et [illegible] praesenti
[illegible] quibus opus fuit [illegible] omnibus [illegible]
a [illegible] exquamvis Causa concedit et admittit solitis

nistionibus applicationibus evasionibus poenis tertium marcarum aliis quibus impedimentis in postem recedetis d aliis facere tulere et eius
postheri tenebuntur. Nulla teris processionem in jmodis dies obstant.

Actum in castro Premisliensi sabbatho ante festum sanctae Catherinae Virginis proximo Anno domini Millesimo Quingentesimo octuagesimo tertio Coram Generosis Alberto Lubieslawski Dapifero terrae Vicecapitaneo et causarum officii judice Dobrogostio Zapolski Nottario castren Praemislien officio et actis praesen.

19/XI.

Zarembowski quietat Bieczkowski

Ex Co. Comparens personaliter Coram officio et actis praesentibus Castren
Praemislien Nobilis Laurentius Zarembowski filius nobilis
olim Laurentii Zarembowski habens annos legitimae aetatis, sibi
per sacram Mttem Regiam computatos et adiudicatos, quorum annorum
Computationem et adiudicationem Literis suae Regiae Maiestatis coram
officio praesenti comprobavit non compulsus neque coactus sed sponte et sub amico
suorum salubri consilio Recedendo a quibusvis terrestribus
juribus jurisdictionibus superioritatibus terrestribus suis propriis
et competentibus in subiectioni praesenti secum bonis suis omnibus
haereditatibus suis incorporando et subjiciendo Generosum Joannem Dobrzynieczky Vitricum suum et Jnscriptione terrae Praemislien
praedicto Joanni Bieczkowski de Bieczkow dapifero Praemislien
cum aliis omnibus et singulis inscriptionibus si quae fuerint in quemcunque
sensum verborum eidem praedicto Dapifero praefato inscriptae
suo et nobilium Helenae Consortis nobilis Jacobi Dobrzy

nieczky et Zophiae Virginis sororum suarum germanarum nominibus pro earundem ratihabitione uti tutor earundem legitimus
et naturalis et dicens esse de bonis suis quibuscunque omnibus et singulis
in suis successoribus in facti bonis [illegible] nobilium Joannis Dobrinieczky
Vitrici et Helenae matris suorum coram officio et actis praesentibus
personaliter [illegible] et ad infrascripta tutorum ipsius
per sacram Mttem Regiam sibi assignatorum libero consentiendo
consensu personaliter accedens palam libere et [illegible] recognovit
Quia a praefato Generoso Joanne Bieczkowski de Bieczkow dapifero terrae Praemislien sibi cum eisdem suis sororibus quarum
Tutoriam gerit et pro quibus cavet plenarie totaliter effectualiterque
satisfactum est pro summa Mille florenorum pecuniae per praenominatum generosum Joannem Bieczkowski dapiferum Praemislien
praedicto olim Laurentio Zarembowski patri suo ac sibi et tribus
Praemislien bonis omnibus bonis suis inscriptis et hoc obligatoriam
ac plenarie sibi persolutam summam Mille florenorum pecuniae.
Tum etiam recognovit sibi cum eisdem sororibus suis praefatis
satisfactum esse pro omnibus retentis rationibus interesse a summa praefata singulis annis solvi debitis. Tum et de vadio
eisdem in scriptione apposito lucribusque et plus lucris per se in officio praesenti
vel eandem inscriptionem obtentis et acquisitis Etiam in executione
rei judicatae dependentibus sequitur ratione praedictorum praefatum
Generosum Joannem Bieczkowski dapiferum Praemislien
de eadem summa et de totali interesse ab eadem praenominata.
Tum et de omnibus vadiis lucris per lucris tam ratione
summae principalis et vadiorum quam ratione interesse ab eadem
summa praenominata super ipsum et bonis ipsius in officio
praesenti obtentis et acquisitis Nullis penitus exceptis